



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

tharinæ, Lanfranci archidiaconi de Saliceto, Iacobi presbyteri ecclesiæ sancti Barnabei, presbyteri Ioannis ecclesiæ sanctæ Agathæ, presbyteri Riti ecclesiæ sancti Michaelis, presbyteri Ioannis ecclesiæ sancti Marci, presbyteri Bartholomæi ecclesiæ sancti Georgii, & ceterorum capellanorum ciuitatis Mutinæ, & Burgorum, & aliorum prælatorum, presbyterorum, & clericorum ecclesiæ ciuitatis & dioecesis Mutinæ, & præsentibus testibus vocatis & rogatis domino presbytero Rodulpho beneficiato in ecclesia' Mutinensi, Petro de Florano & Geminiano mansionariis ecclesiæ Mutinensis prædictæ, Gerardino de Boschettis, Guilielmo de Polixina, Lanfranco de Petrazanis, & aliis, in millesimo tercentesimo vndecimo, indictione nona, die Veneris decimo, intrante mense Septembris.

ANNO
CHRISTI
1314.

SEDES VACANS.

ANNO
CHRISTI
1314.

CONCILIVM RAVENNATE III.

EADEM DE CAVSA CELEBRATVM ANNO DOMINI
MCCCXIV. post obitum Clementis papæ V. tempore
interregni pontifici.

TITVL CI CAPITVLORVM.

- I. *Quod constituti in sacris tan-
tum habeant vocem in capitulo.*
- II. *De atate & qualitate ordinan-
dorum.*
- III. *De non consecrandis in epi-
scopos peregrinis & ignotis, &
quod aliquis suffraganeus non
vadat extra prouinciam pro con-
secratione facienda.*
- IV. *De peregrinis & ignotis epi-
scopis non admittendis.*
- V. *De delegatis, vel legatis, vt
faciant fidem sue legationis.*
- VI. *De maioritate & obedientia, ac
honorificentia prælatorum, &*
- VII. *pæna non obedientium superio-
ribus suis.*
- VIII. *De instrumentis conficiendis,
& non retinendis per aduocatos,
notarios, seu procuratores.*
- IX. *De prescriptionibus, &
quod nullus pretextu alicuius
temporis, posset se defendere,
quin visitetur.*
- X. *De appellationibus & pena
non prosequentium appellatio-
nem ab excommunicatione in-
terpositam.*
- XI. *De vita & honestate clerico-
rum, ac ornatu eorum.*
- XII. *Quod nullus accedat ad mo-*

RECVVM.
Jacobi pre-
Ioannis ec-
lesiae fundi-
Marci, pre-
& cetero-
rum, & a-
rum eccl-
ribus testi-
dulpho be-
ano & Ge-
reditrix, Ge-
, Lanfran-
fimo vnde-
rante me-

SEDES
VACANS. RAVENNATE III. INTERREGNUM. 805

ANNO
CHRISTI
1314.

- nasteria monialium, & quod moniales non exeat claustrum.
- XII. De beneficiis ordines sacros requirentibus, & de pena eorum qui negligunt ad ipsos ordines promoueri: & de prebendis in ecclesiis cathedralibus absque ordinibus sacris non retinendis.
- XIII. De celebratione Missarum, & pena non celebrantium.
- XIV. De baptismo, & eius forma.
- XV. De veneratione sanctorum in confessione habenda.
- XVI. De obseruantia ieiuniorum facienda tempore conuocandorum Conciliorum.
- XVII. De raptoribus & inuasoribus bonorum ecclesiasticorum mobiliis.
- XVIII. De obtainentibus ecclesiastica beneficia spectantia ad mensam prelatorum.
- XIX. De sententiis interdicti pro pecuniaris causis minime proferendis.
- XX. De indulgentiis revocatis.

P R A E F A T I O.

Constitutiones domini Rainaldi editae in Concilio celebrato Argentæ.

IN CHRISTI NOMINE. AMEN.

QVIA inundatio & abundantia peccatorum facit homines in tenebris ambulare, & permanere, ita quod superioribus debita non exhibetur reverentia, nec inferioribus solicita & caritativa impenditur cura, ex quibus inordinationes & confusiones, nedum in clero, imo & in populo innumeræ pullularunt, ob quæ apparent, ex occulto Dei iudicio, naufragia & tempestates; idcirco nos Rainaldus permissione diuina, & apostolicae sedis gratia, sanctæ Rauennatis ecclesiæ archiepiscopus, ad honorem omnipotentis Dei, beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, beati Apollinaris patroni, sanctorum martyrum Vitalis & Vrsicini, ac aliorum martyrum & confessorum, quorum meritis & precibus, nedum ipsa ecclesia Rauennas, imo omnes cathedrales ecclesiæ, ac alias venerabiles de prouincia sunt fundatae & dotatae, ad reformatiōnem deuotionum, honestorum morum, personarum ecclesiasticarum, religiosorum, sacerdotalium & laicorum, & salutem omnium animarum, defensionem & recuperationem rerum ecclesiasticarum, hoc sacro Concilio, in ecclesia beati Nicolai, castri Argentæ, ecclesiæ & dioecesis Rauennatis conuocato & congregato, sub anno Domini millesimo trecentesimo decimoquarto, indictione XII. decimo die mensis Octobris, præsentibus venerabi-

Iiiii iii